

nōne Saluberrimum. & Can. Daibertum i. quēst. 7.
itēmque variis exemplis & argumentis docetur
Can. Ioannis Chrysostom. distinct. 50. Itaque Lu-
ciferiani Athanasium, & Alexandrinam Synodum
damnarunt, quæ episcopos pœnitētes, in priorem
gradum reponeret. Atque hi nimirum fuerunt ~~adu-~~
~~adūtias~~, & ambitionis Luciferianæ pestilentissimi
fructus, dum Paulinum episcopum à se creatum
defendere quo iure, quāve iniuria contendit, nec
Eusebii modestum iudicium ferre potest.

CAP. LXXXII.

Iouinianistæ cur sic dicti, quando primū nati. Erro-
ris autem eorum capita quatuor
recensentur.

Ouinianistas i quoque apud istum repe-
ri, quos iam noueram. A Iouiniano quo-
dam monacho ista hæresis orta est ætate
nostra, quum adhuc iuuenes essemus. Hic
omnia peccata, sicut Stoici philosophi, paria esse dice-
bat, nec posse peccare hominem lauacro regenerationis
accepto, nec aliquid prodesse ieunia, vel à cibis aliqui-
bus abstinentiam. Virginitatem Mariae destruebat, di-
cens eam pariendo fuisse corruptam. Virginitatem etiā
sanctimonialium, & continentiam sexus virilis in san-
ctis diligentibus cœlibem vitam coniugiorum castorum
atque fidelium meritis adæquabat, ita ut quadam
virgines prouecteiam ætatis in urbe Romana, ubi hec
docebat, eo auditio, nupsisse dicantur. Non sanè ipse vel
habebat, vel habere volebat uxorem, quod non pro-
pter aliquod apud Deum maius meritum in regno
vitæ perpetuae profuturum: sed propter presentem
prodesse necessitatem, ne homo coniugales patiatur
dd. ii.